τὸν ὄντα ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν, λόγον θεὸν κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ εὐαγγελίῳ »καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος«, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα συνέστηκε· τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόντα ἄνωθεν, καὶ γεννηθέντα ἐκ παρθένου κατὰ τὰς γραφάς, καὶ ἄνθρωπον γενόμενον, μεσίτην θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀπόστολόν τε τῆς πίστεως ἡμῶν, καὶ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, ὡς φησιν ὅτι »καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με«, τὸν παθόντα ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς καὶ καθεσθέντα ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ εἰς παράκλησιν καὶ ἁγιασμὸν καὶ τελείωσιν τοῖς πιστεύουσι διδόμενον, καθὼς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διετάξατο τοῖς μαθηταῖς, λέγων· »πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος«, δηλονότι πατρὸς ἀληθῶς πατρὸς ὄντος, υἱοῦ δὲ ἀληθῶς υἱοῦ ὄντος, τοῦ δὲ ἁγίου πνεύματος ἀληθῶς ἁγίου πνεύματος ὄντος, τῶν ὀνομάτων οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἀργῶς κειμένων, ἀλλὰ σημαινόντων ἀκριβῶς τὴν οἰκείαν ἑκάστου τῶν ὀνομαζομένων ὑπόστασίν τε καὶ τάξιν καὶ δόξαν· ὡς εἶναι τῇ μὲν ὑποστάσει τρία, τῇ δὲ συμφωνίᾳ ἕν. ταύτην οὖν ἔχοντες τὴν πίστιν, καὶ ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι τέλους ἔχοντες, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ πᾶσαν αἱρετικὴν κακοδοξίαν ἀναθεματίζομεν. καὶ εἴ τις παρὰ τὴν ὑγιῆ τῶν γραφῶν ὀρθὴν πίστιν διδάσκει λέγων ἢ χρόνον ἢ καιρὸν ἢ αἰῶνα ἢ εἶναι ἢ γεγονέναι πρὸ τοῦ γεννηθῆναι τὸν υἱόν, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ εἴ τις λέγει τὸν υἱὸν κτίσμα ὡς ἓν τῶν κτισμάτων ἢ γέννημα ὡς ἓν τῶν γεννημάτων ἢ ποίημα ὡς ἓν τῶν ποιημάτων, καὶ μὴ ὡς αἱ θεῖαι γρα-

13 τὸν + ἀεὶ H 17 ἄνθρωπον γ. agnus factus est H (ἀμνὸν gelesen statt ἄνθ᾽ον) 18 ἀπόστολον : praedestinatus H 21 ὑπὲρ ἡμῶν om H 22 ἀναστάντα + ὑπὲρ ἡμῶν S H 24 καὶ δυνάμεως om H 26 καὶ εἰς τελείωσιν S 27 ordinauit discipulos H 30 πατρὸς ἀληθῶς ὄντος πατρὸς καὶ υἱοῦ ἀληθῶς υἱοῦ ὄντος καὶ πνεύματος ἁγίου ἀληθῶς ὄντος πνεύματος ἁγίου S (H?) 33 ἀργῶν S 34 οἰκείαν : ἰδίαν S 37 καὶ ἐξ — ἔχοντες om S 38 αἵρεσιν καὶ κακοδ. H 39 ἀναθ. κακοδ. S 40 γραφῶν + καὶ H | ἢ χρόνον om S 41 ἢ vor εἶναι om S | γεννηθῆναι om S 42 υἱὸν + τοῦ θεοῦ S 44 ἢ ποίημα — ποιημάτων om S

φαὶ παραδέδωκαν τῶν προειρημένων ἕκαστον ἀφ' ἑκάστου, ἢ εἴ τι ἄλλο διδάσκει ἢ εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβομεν, ἀνάθεμα ἔστω. ἡμεῖς γὰρ πᾶσι τοῖς ἐκ τῶν θείων γραφῶν παραδεδομένοις ὑπό τε προφητῶν καὶ ἀποστόλων ἀληθινῶς τε καὶ ἐμφόβως καὶ πιστεύομεν καὶ ἀκολουθοῦμεν.

45 παραδεδώκασι S | ἕκαστα (ohne ἀφ' ἑκάστου) S H 46 τις S H 48 τε τῶν προφητῶν S | καὶ + ὑπ' H 49 ἐμφόβως : ἐμφανῶς S(?)

Synode zu Antiochia v. j. 341 formel III. Hahn § 155

Οἶδεν ὁ θεός, ὃν μάρτυρα καλῶ ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχήν, ὅτι οὕτως πιστεύω· εἰς θεὸν πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ὅλων κτίστην καὶ ποιητήν, ἐξ οὗ τὰ πάντα. Καὶ εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, θεὸν λόγον, δύναμιν καὶ σοφίαν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, δι' οὗ τὰ πάντα, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς πρὸ τῶν αἰώνων, θεὸν τέλειον ἐκ θεοῦ τελείου, καὶ ὄντα πρὸς τὸν θεὸν ἐν ὑποστάσει, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν κατελθόντα καὶ γεννηθέντα ἐκ τῆς παρθένου κατὰ τὰς γραφάς, ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα καὶ ἀναστάντα ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ καθεσθέντα ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, καὶ μένοντα εἰς τοὺς αἰῶνας. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸν παράκλητον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ καὶ διὰ τοῦ προφήτου ἐπηγγείλατο ὁ θεὸς ἐκχέειν ἐπὶ τοὺς ἑαυτοῦ δούλους καὶ ὁ κύριος ἐπηγγείλατο πέμψαι τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ὃ καὶ ἔπεμψεν, ὡς αἱ πράξεις τῶν ἀποστόλων μαρτυροῦσιν. Εἰ δέ τις παρὰ ταύτην τὴν πίστιν διδάσκει ἢ ἔχει ἐν ἑαυτῷ, ἀνάθεμα ἔστω, † καὶ Μαρκέλλου τοῦ Ἀγκύρας, ἢ Σαβελλίου, ἢ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ἀνάθεμα ἔστω καὶ αὐτὸς καὶ πάντες οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ.

text nach Athanas. de synod. 24.

Synode zu Antiochia v. j. 341: formel IV. Hahn § 156

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεόν, πατέρα παντοκράτορα, κτίστην καὶ ποιητὴν τῶν πάντων, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν

der text zunächst erhalten bei Athanas. de syn. 25 (A^a) und Socrates h. e. II 18 (A^s) : das symbol wird aber wiederholt zu Antiochia 345 vor der »formula makrostichos« erhalten bei Athan. de syn. 26 und Socr. II 19 (B) und schliesslich auf der synode zu Sirmium 351, text bei Athan. de syn. 27 und Socr. II 30 (C) : die sondervarianten in der überlieferung von B und C notiere ich nicht. 1 τὸν κτίστην C

οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. Καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱόν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός, δι' οὗ ἐγένετο τὰ πάντα, ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, λόγον ὄντα καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν καὶ ζωὴν καὶ φῶς ἀληθινόν, τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντα καὶ γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, τὸν σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα καὶ ταφέντα καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀναληφθέντα εἰς οὐρανόν, καὶ καθεσθέντα ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, οὗ ἡ βασιλεία ἀκατάπαυστος οὖσα διαμένει εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας· ἔσται γὰρ καθεζόμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τουτέστι τὸν παράκλητον, ὅπερ ἐπαγγειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ ἄνοδον ἀπέστειλε διδάξαι αὐτοὺς καὶ ὑπομνῆσαι πάντα, δι' οὗ καὶ ἁγιασθήσονται αἱ τῶν εἰλικρινῶς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων ψυχαί. Τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, καὶ μὴ ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ ἦν ποτε χρόνος ὅτε οὐκ ἦν, ἀλλοτρίους οἶδεν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.

3 οὐρανῷ B^a C^a 6 πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ B C 7 τά[1] + τε A^s 8 καὶ δύναμιν om C, καὶ φῶς ἀληθινὸν καὶ ζωὴν C 10 τὸν : καὶ C 11 καὶ 3 om A^s 12 ἀνεληλυθότα εἰς τοὺς οὐρανούς A^s 13 ἐκ δεξιῶν B C^s 14 τῶν αἰώνων A^s B^s 15 ἀκατάλυτος A^a 16 f. καθέζεται γὰρ ἐν δεξιᾷ B 18 πιστεύομεν [δὲ] καὶ B | εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα A^a 20 οὐρανὸν B | αὐτοῦ om B C^s 21 ἀποστεῖλαι C | αὐτοὺς om A^s, *hinter* ὑπομνῆσαι B^s C | πάντα + ἔπεμψεν C 22 ἁγιάζονται B^s C 25 καὶ[1] + ὅτι B C | ἦν χρόνος ποτὲ B^a ποτε om C | χρόνος + ἢ αἰὼν B^s C χρόνος ποτὲ ἢ αἰὼν B^a | οὐκ : μὴ B | καθολικὴ καὶ ἁγία B^a ἁγία καθολικὴ B^s ἁγία καὶ καθολικὴ C

Synode zu Sirmium v. j. 359. Hahn § 163

Πιστεύομεν εἰς ἕνα τὸν μόνον καὶ ἀληθινὸν θεόν, πατέρα παντοκράτορα, κτίστην καὶ δημιουργὸν τῶν πάντων. Καὶ εἰς ἕνα μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν πρὸ πάντων τῶν

text nach Athanas. der synod. 8. Socr. II 37 giebt den text eingeführt durch ... ἥτις ἐκ Ῥωμαϊκοῦ μὲν ἡρμηνεύθη, ἔστι δὲ ἐν τούτοις τοῖς ῥήμασιν. Die überschrift lautet bei Ath. (ähnlich wie bei Socr.): Ἐξετέθη ἡ πίστις ἡ καθολικὴ ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ δεσπότου

αἰώνων καὶ πρὸ πάσης ἀρχῆς καὶ πρὸ παντὸς ἐπινοουμένου χρόνου καὶ πρὸ πάσης καταληπτῆς οὐσίας γεγεννημένων ἀπαθῶς ἐκ τοῦ θεοῦ, δι' οὗ τε αἰῶνες κατηρτίσθησαν καὶ τὰ πάντα ἐγένετο· γεγεννημένον δὲ μονογενῆ, μόνον ἐκ μόνου τοῦ πατρός, θεὸν ἐκ θεοῦ, ὅμοιον τῷ γεννήσαντι αὐτὸν πατρὶ κατὰ τὰς γραφάς· οὗ τὴν γένεσιν οὐδεὶς ἐπίσταται εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. τοῦτον ἴσμεν τοὺ θεοῦ μονογενῆ υἱὸν νεύματι πατρικῷ παραγενόμενον ἐκ τῶν οὐρανῶν εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, καὶ γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἀναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν πληρώσαντα κατὰ τὴν πατρικὴν βούλησιν, σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα, καὶ εἰς τὰ καταχθόνια κατελθόντα, καὶ τὰ ἐκεῖσε οἰκονομήσαντα, ὃν πυλωροὶ ᾅδου ἰδόντες ἔφριξαν, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν πλησώσαντα, καὶ τεσσαράκοντα ἡμερῶν πληρουμένων ἀναληφθέντα εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοὺ πατρός, καὶ ἐλευσόμενον ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως τῇ δόξῃ τῇ πατρικῇ ἀποδιδόντα ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὃ αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπηγγείλατο πέμψαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, τὸν παράκλητον κατὰ τὸ γεγραμμένον »ἀπέρχομαι πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ παρακαλέσω τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον παράκλητον πέμψει ὑμῖν, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ἐκεῖνος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ διδάξει καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα«. Τὸ δὲ ὄνομα τῆς οὐσίας διὰ τὸ ἁπλούστερον ὑπὸ τῶν πατέρων τεθεῖσθαι, ἀγνοούμενον δὲ ὑπὸ τῶν λαῶν σκάνδαλον φέρειν, διὰ τὸ μήτε τὰς γραφὰς τοῦτο περιέχειν, ἤρεσε τοῦτο περιαιρεθῆναι καὶ παντελῶς μηδὲ μίαν μνήμην οὐσίας ἐπὶ θεοῦ εἶναι τοῦ λοιποῦ, διὰ τὸ τὰς θείας γραφὰς μηδαμοῦ περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ οὐσίας μεμνῆσθαι. ὅμοιον δὲ λέγομεν τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ κατὰ

ἡμῶν τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ καλλινίκου βασιλέως Κωνσταντίου Αὐγούστου τοῦ αἰωνίου Σεβαστοῦ, ὑπατείᾳ Φλαουίων Εὐσεβίου καὶ Ὑπατίου τῶν λαμπροτάτων ἐν Σιρμίῳ τῇ πρὸ ια΄ καλανδῶν Ἰουνίων. Im text variiert Socr. wie folgt 5 οὐσίας : ἐπινοίας 8 ὑπὸ τοῦ πατρός 10 γέννησιν | εἰ μὴ : ἢ 11 ἴσμεν τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱόν 13 τῆς ἁμαρτίας 18 ἐκ νεκρῶν om 19 καὶ πᾶσαν — 20 πληρώσαντα om 22 ἐν om 23 τῆς ἀναστάσεως om 25 θεοῦ + υἱὸς 28 πατέρα + μου

πάντα, ὡς καὶ αἱ ἅγιαι γραφαὶ λέγουσί τε καὶ διδάσκουσιν.

38 καὶ[1] om. Wie verhält sich diese formel zu den zwei folgenden mit rücksicht auf das lateinische original?

Synode zu Nice v. j. 359. Hahn § 164

Πιστεύομεν εἰς ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν θεόν, πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗ τὰ πάντα. Καὶ εἰς τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν πρὸ πάντων αἰώνων καὶ πρὸ πάσης ἀρχῆς γεννηθέντα ἐκ τοῦ θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, γεννηθέντα δὲ μονογενῆ, μόνον ἐκ μόνου τοῦ πατρός, θεὸν ἐκ θεοῦ, ὅμοιον τῷ γεγεννηκότι αὐτὸν πατρὶ κατὰ τὰς γραφάς, οὗ τὴν γέννησιν οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. τοῦτον οἴδαμεν μονογενῆ θεοῦ υἱὸν πέμποντος τοῦ πατρὸς παραγεγενῆσθαι ἐκ τῶν οὐρανῶν, καθὼς γέγραπται, εἰς καθαίρεσιν ἁμαρτίας καὶ θανάτου, καὶ γεννηθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καθὼς γέγραπται, κατὰ σάρκα, καὶ συναναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πάσης τῆς οἰκονομίας πληρωθείσης κατὰ τὴν βούλησιν τοῦ πατρὸς σταυρῷ προσηλωθέντα, ἀποθανόντα καὶ ταφέντα καὶ εἰς τὰ καταχθόνια κατελθόντα, ὃν αὐτὸς ὁ ᾅδης ἐτρόμασε, καὶ ἀνελθόντα ἀπὸ τῶν νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, συναναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν πληρουμένων καὶ ἀναληφθέντα εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός, ἐρχόμενόν τε τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως μετὰ δόξης πατρικῆς ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Καὶ εἰς πνεῦμα ἅγιον, ὅπερ αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ υἱὸς Ἰησοῦς Χριστός, ὁ θεὸς καὶ κύριος, ἐπηγγείλατο ἀποστεῖλαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, τὸν παράκλητον, καθὼς γέγραπται »τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας«, ὅπερ καὶ αὐτὸς ἀπέστειλεν ἀνελθὼν εἰς τοὺς οὐρανοὺς καὶ καθίσας ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός, ἐκεῖθεν δὲ ἐρχόμενος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Τὸ δὲ ὄνομα τῆς οὐσίας, ὅπερ ἁπλούστερον ἐνετέθη ὑπὸ τῶν πατέρων, ἀγνοούμενον δὲ τοῖς λαοῖς σκάνδαλον ἔφερε διὰ τὸ ἐν ταῖς γραφαῖς τοῦτο μὴ ἐμφέρεσθαι, ἤρεσε περιαιρεθῆναι καὶ παντελῶς μηδεμίαν μνήμην οὐσίας τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι, διὰ τὸ μάλιστα τὰς θείας γραφὰς μηδαμοῦ περὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ οὐσίας μεμνῆσθαι, μήτε μὴν δεῖν ἐπὶ προσώπου πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ

ἁγίου πνεύματος μίαν ὑπόστασιν ὀνομάζεσθαι. ὅμοιον δὲ λέγομεν τῷ πατρὶ τὸν υἱόν, καθὼς καὶ αἱ θεῖαι γραφαὶ λέγουσι καὶ διδάσκουσιν. πάσας δὲ τὰς αἱρέσεις τὰς ἤδη πρότερον καθαιρεθείσας ἢ καὶ εἴ τινες νεωστὶ ἀνεφύησαν ὑπεναντίαι ταύτης τῆς γραφῆς τῆς ἐκτεθείσης, ἀνάθεμα ἔστωσαν.

nach Theoderet h. e. II 21.

Synode zu Constantinopel v. j. 360. Hahn § 167

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεόν, πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗ τὰ πάντα. Καὶ εἰς τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν πρὸ πάντων αἰώνων καὶ πρὸ πάσης ἀρχῆς γεννηθέντα ἐκ τοῦ θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, γεννηθέντα δὲ μονογενῆ, μόνον ἐκ μόνου τοῦ πατρός, θεὸν ἐκ θεοῦ, ὅμοιον τῷ γεννήσαντι αὐτὸν πατρὶ κατὰ τὰς γραφάς, οὗ τὴν γένεσιν οὐδεὶς γινώσκει, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. τοῦτον οἴδαμεν μονογενῆ θεοῦ υἱόν, πέμποντος τοῦ πατρὸς παραγεγενῆσθαι ἐκ τῶν οὐρανῶν ὡς γέγραπται, ἐπὶ καταλύσει τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου καὶ γεννηθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου τὸ κατὰ σάρκα ὡς γέγραπται, καὶ ἀναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πάσης τῆς οἰκονομίας πληρωθείσης κατὰ τὴν πατρικὴν βούλησιν, σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα καὶ ταφέντα καὶ εἰς τὰ καταχθόνια κατελθόντα, ὅντινα καὶ αὐτὸς ὁ ᾅδης ἔπτηξεν, ὅστις καὶ ἀνέστη ἀπὸ τῶν νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ καὶ διέτριψε μετὰ τῶν μαθητῶν καὶ πληρωθεισῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς καὶ καθέζεται ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός, ἐλευσόμενος ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως ἐν τῇ πατρικῇ δόξῃ, ἵνα ἀποδῷ ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὅπερ αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ υἱὸς ὁ Χριστὸς ὁ κύριος καὶ θεὸς ἡμῶν ἐπηγγείλατο πέμπειν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων παράκλητον, καθάπερ γέγραπται »τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας«, ὅπερ αὐτοῖς ἔπεμψεν ὅτε ἀνῆλθεν εἰς τοὺς οὐρανούς. Τὸ δὲ ὄνομα τῆς οὐσίας, ὅπερ ἁπλούστερον ὑπὸ τῶν πατέρων ἐτέθη, ἀγνοούμενον δὲ τοῖς λαοῖς σκάνδαλον

text nach Athanas. de synod. 30: ferner erhalten bei Socr. II 41 der in folgendem abweicht. 1 ἕνα + μόνον 2 τὸν² om 3 πάντων + τῶν 7 γέννησιν 9 τοῦ θεοῦ (?) | παραγενέσθαι 12 ἐκ : καὶ 18 τῶν τεσσαράκοντα 21 ἀποδώσῃ 23 υἱὸς om 26 ἀνελήφθη 27 ὅπερ om (?)

ἔφερε, διότι μηδὲ αἱ γραφαὶ τοῦτο περιέχουσιν, ἤρεσε περιαιρεθῆναι καὶ παντελῶς μηδεμίαν μνήμην τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι, ἐπειδήπερ καὶ αἱ θεῖαι γραφαὶ οὐδαμῶς ἐμνημόνευσαν περὶ οὐσίας πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ γὰρ οὐδὲ ὀφείλει ὑπόστασις περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ὀνομάζεσθαι. ὅμοιον δὲ λέγομεν τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν ὡς λέγουσιν αἱ θεῖαι γραφαὶ καὶ διδάσκουσι. πᾶσαι δὲ αἱ αἱρέσεις αἵ τε ἤδη πρότερον κατεκρίθησαν καὶ αἵτινες ἐὰν καινότεραι γένωνται ἐναντίαι τυγχάνουσαι τῆς ἐκτεθείσης ταύτης γραφῆς, ἀνάθεμα ἔστωσαν.

31 γενέσθαι | οὐδαμοῦ 33 οὐδὲ : οὐκ 34 f. τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ 36 αἱ om (?)

Synode zu Chalcedon v. j. 451. Hahn § 146

Ἑπόμενοι τοίνυν τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν, τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι, θεὸν ἀληθῶς καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτόν, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον τὸν αὐτὸν ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν χωρὶς ἁμαρτίας, πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου τῆς θεοτόκου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Χριστόν, υἱόν, κύριον, μονογενῆ, ἐκ δύο

text nach den griech. akten des concils act. V, 4 Mansi VII 116, Hardouin II 450. ferner erhalten bei Euagrius hist. eccl. II 4 p. 29 Val. (= E) und im briefe des papstes Agatho in den acta conc. VI Cpol. act. IV (XI 256 Mansi, III 1091 Hardouin = A) 2 ὁμολογοῦμεν E | καὶ συμφώνως E 6 f. ἡμῖν τὸν αὐτὸν EA 7 ὅμοιον ἡμῶν A 8 τοῦ om A 11 παρθένου καὶ θεοτόκου E 12 Ἰησοῦν Χριστόν E | ἐν δύο φύσεσιν EA : *dies die richtige lesart*, vgl.: Vita S. Euthymii Anal. graeca ed. Maur. I 57 = Mansi VII 776: ἐν δύο φύσεσιν γνωρίζεσθαι ὁμολογεῖ τὸν ἕνα Χριστόν. Severus von Antiochia citiert von Leontius Hieros. Apol. conc. Chalc. Gallandi XII 736 = Mansi VII 840b τὸ λέγειν ἐν δύο φύσεσιν ἀδιαιρέτοις ὑφιστάναι τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν ἕνωσιν εἴρητό τισι τῶν πάλαι διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας ἢ καὶ αὐτῷ Κυρίλλῳ. Mönche in act. I conc. Cpol. v. j. 536 Mansi VIII 891c: sie haben den Anthimus v. Trapezunt angefleht παρακαλοῦντες αὐτὸν καὶ κατὰ Εὐτυχέος δογματισθέντα παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ μάλιστα παρὰ τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῇ ἐν Χαλκηδόνι συναχθέντων καὶ τοῦ μακαριωτάτου πάπα

φύσεων ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον· οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνηρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης, οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον ἢ διαιρούμενον, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν καὶ μονογενῆ, θεὸν λόγον, κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, καθάπερ ἄνωθεν οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐξεπαίδευσε καὶ τὸ τῶν πατέρων ἡμῖν παραδέδωκε σύμβολον.

Λέοντος ὁμολογῆσαι· φαμὲν δὴ τὸ εἶναι ἐν δύο φύσεσι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀδιαιρέτως ἀτρέπτως ἀσυγχύτως ἀχωρίστως. Leont. Byz. de sect. IV 7 Gallandi XII p. 639: καὶ ἐκτίθενται μάθημα (zu Chalcedon) πῶς δεῖ πιστεύειν· ὅτι ἕνα Χριστὸν ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως ἀδιαιρέτως. Auch alle lateinischen übersetzungen der symbole haben »in duabus naturis« 17 οὐκ : οὐχ ὡς E 18 υἱὸν μονογενῆ (καὶ om) EA 19 καθάπερ — 22 σύμβολον om A 21 κύριος Ἰησοῦς om E

Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum.

Hahn § 144

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. Καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, φῶς ἐκ φωτός, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου καὶ ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ παθόντα καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρα κατὰ τὰς γραφάς, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον καὶ τὸ ζωοποιόν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν·

acta syn. Chalc. v. j. 451. actio II (Mansi VI 957 = A) und actio V (Mansi VII 112 = B) sowie mit letzterem texte gleichlautend in acta syn. VI Cpol. v. j. 680 actio XVIII Mansi XI 633 var.: 13 ἐν δεξιᾷ B 16 καὶ ζωοπ. B

εἰς μίαν, ἁγίαν, καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. ὁμολογοῦμεν ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, προσδοκῶμεν ἀνάστασιν νεκρῶν καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἀμήν.

Credo in unum deum patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, uisibilium omnium et inuisibilium. Et in unum dominum Iesum Christum, filium dei unigenitum et ex patre natum ante omnia saecula, deum de deo, lumen de lumine, deum uerum de deo uero, genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis, et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria uirgine, et homo factus est, crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus et sepultus est, et resurrexit tertia die secundum scripturas, et ascendit in coelum, sedet ad dexteram patris, et iterum uenturus est cum gloria iudicare uiuos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum, dominum et uiuificantem, qui ex patre filioque procedit, qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas, et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam: confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum, et exspecto resurrectionem mortuorum, et uitam uenturi saeculi, amen.

text nach dem heutigen Missale Romanum.

KLEINE TEXTE FÜR THEOLOGISCHE UND PHILOLOGISCHE
VORLESUNGEN UND ÜBUNGEN
HERAUSGEGEBEN VON HANS LIETZMANN

19

LITURGISCHE TEXTE

II

ORDO MISSAE

SECUNDUM MISSALE ROMANUM

HERAUSGEGEBEN

VON

D. HANS LIETZMANN

O. PROFESSOR IN JENA

ZWEITE AUFLAGE

BONN
A. MARCUS UND E. WEBER'S VERLAG
1911

Erste Auflage 1906

Als erstes hilfsmittel zur einführung in die benutzung des Missale Romanum drucke ich den Ordo Missae so ab, dass die messe des Ostersonntages als norm erscheint und die abweichungen als anmerkungen beigegeben werden. Durch den druck sind die verschiedenartigen stücke kenntlich gemacht, und zwar:

abcdefg die rubriken d. h. technischen bemerkungen.

abcdefg die leise gesprochenen worte.

abcdefg die in der privatmesse laut (*clara voce*), beim hochamt halblaut (*submissa voce* d. h. so, dass sie von den nächststehenden vernommen werden können) gesprochenen worte. Vergl. Rubr. gener. XVI, 3 und J. B. Müller s. 10. 72.

Zwischen *sternchen* stehen die vom Celebrans gesungenen worte.

abcdefg die (in der Missa solemnis) vom chor gesungenen worte.

Alle vom chor gesungenen stücke, mit ausnahme der Responsorien (*R*), werden ausserdem vom Celebrans gesprochen.

abcdefg und **abcdefg** durch fettdruck sind die an den verschiedenen tagen variierenden »auswechselstücke« bezeichnet, sowohl die laut (oder leise **abcdefg** s. 4—16) gesprochenen **abcdefg** als die eventuell gesungenen **abcdefg.**

Am äusseren rande ist die übliche zählung angefügt. Für die einzelheiten des zeremoniells vgl. Joh. Bapt. Müller Zeremonienbüchlein für Priester und Kandidaten des Priestertums. 2. A. Freiburg 1904. Das historische bei G. Rietschel Lehrbuch der Liturgik I Berlin 1900 S. 353 ff.

Herrn Prof. Schroers in Bonn und herrn Dr. E. Krebs in Freiburg i. B. verdanke ich freundliche auskunft über verschiedene einzelheiten.

Sacerdos paratus, cum ingreditur ad altare[1], *facta illi debita reverentia, signat se signo Crucis a fronte ad pectus* ✝ *et clara voce dicit* In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. *Deinde junctis manibus ante pectus incipit Antiphonam, postea alternatim cum ministris dicit sequentem psalmum.*

S(acerdos): Introibo ad altare Dei,

R. Ad Deum qui laetificat juventutem meam.

S. (*Ps.* 42) Judica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me.

R. Quia tu es, Deus, fortitudo mea: quare me repulisti? et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

S. Emitte lucem tuam, et veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua.

R. Et introibo ad altare Dei: ad Deum qui laetificat juventutem meam.

S. Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus: quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me?

R. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et Deus meus.

S. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

S. repetit Antiphonam: Introibo ad altare Dei,

R. Ad Deum qui laetificat juventutem meam.

1 *Interim Chorus incipit cantare Introïtum* (*v. p. 6*), *quem sequitur Kyrie.*

S. signat se † *dicens* Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

Deinde junctis manibus profunde inclinatus facit Confessionem[1]*: S.* Confiteor Deo omnipotenti, beatae Mariae semper Virgini, beato Michaëli Archangelo, beato Joanni Baptistae, sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et vobis fratres, quia peccavi nimis cogitatione, verbo, et opere, *Percutit sibi pectus ter, dicens:* mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaëlem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum. *R.* Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam aeternam. *S. dicit* Amen *et erigit se. Deinde Ministri repetunt Confessionem, et ubi a Sacerdote dicebatur* »vobis fratres« *et* »vos fratres«, *a ministris dicitur* »tibi pater« *et* »te pater«.

Postea Sacerdos junctis manibus facit absolutionem dicens: Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam aeternam. *R.* Amen. *Signat se signo Crucis* † *dicens* Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus. *R.* Amen. *Et inclinatus prosequitur*

S. Deus tu conversus vivificabis nos.

R. Et plebs tua laetabitur in te.

---

1 *In Missis Defunctorum et in Missis de tempore a Dominica Passionis usque ad Sabbatum sanctum exclusive omittitur Ps.* »*Judica me, Deus*« *cum* »*Gloria Patri*« *et repetitione Antiphonae, sed dicto* »*In nomine Patris*«, »*Introïbo*« *et* »*Adiutorium*« *fit Confessio.*

S. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam,
R. Et salutare tuum da nobis.
S. Domine exaudi, orationem meam,
R. Et clamor meus ad te veniat.
S. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

3 *Et extendens ac jungens manus clara voce dicit* Oremus *et ascendens ad altare dicit secreto* Aufer a nobis, quaesumus, Domine, iniquitates nostras: ut ad sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per Christum Dominum nostrum. Amen. *Deinde manibus junctis super altare inclinatus dicit* Oramus te, Domine, per merita Sanctorum tuorum *osculatur altare in medio,* quorum reliquiae hic sunt, et omnium Sanctorum: ut indulgere digneris omnia peccata mea. Amen.

In Missa sollemni Celebrans antequam legat Introitum benedicit incensum dicens Ab illo bene†dicaris, in cuius honore cremaberis. Amen. *Et accepto thuribulo a Diacono incensat altare nihil dicens. Postea Diaconus recepto thuribulo a Celebrante incenset illum tantum.*

Deinde Celebrans signans se signo Crucis † incipit Introitum:

4 *Ps. 138.* **Reſurrexi et adhuc tecum ſum, alleluia: poſuiſti ſuper me manum tuam, alleluia: mirabilis facta eſt ſcientia tua, alleluia, alleluia.** *Ps.* **Domine probaſti me et cognoviſti me: tu cognoviſti ſeſſionem meam et reſurrectionem meam.** *V.* **Gloria Patri et Filio, et Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, et nunc, et ſemper, et in ſaecula ſaeculorum. Amen.** *Deinde repetitur* **Reſurrexi** *usque ad* **Alleluia** *inclusive*[1].

5 *Quo finito junctis manibus alternatim cum ministris dicit*
S. Kyrie eleïſon. *R.* Kyrie eleïſon. *S.* Kyrie eleïſon.
R. Chriſte eleïſon. *S.* Chriſte eleïſon. *R.* Chriſte eleïſon.
S. Kyrie eleïſon. *R.* Kyrie eleïſon. *S.* Kyrie eleïſon.

1 *de hac repetitione vide missam in Dominica I adventus et Rit. cel. Miss. IV 2*

Postea in medio altaris extendens et jungens manus caputque aliquantulum inclinans dicit ℣ *(si dicendum est*[1]*)* *Gloria in excelsis Deo*[*2] *et prosequitur iunctis manibus. Cum dicit »Adoramus te, Gratias agimus tibi, Jesu Christe«, et »Suscipe deprecationem« inclinat caput: et in fine dicens »cum sancto Spiritu« signat † se a fronte ad pectus.* 6

[Gloria in excelsis Deo.] Et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus te, Benedicimus te, Adoramus te, Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine Deus Rex coelestis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili unigenite Jesu Christe. Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam Tu solus sanctus. Tu solus Dominus. Tu solus Altissimus, Jesu Christe, cum sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.

Deinde osculatur altare in medio et versus ad populum dicit[3] *Dominus vobiscum* *R.* Et cum spiritu tuo. *Postea dicit* *Oremus* *et Orationes (unam aut plures, ut ordo Officii postulat*[4]*):* 7

Deus, qui hodierna die per Unigenitum tuum aeternitatis nobis aditum devicta morte, reserasti: vota nostra, quae praeveniendo aspiras, etiam adjuvando prosequere. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Sequitur Epistola[5]*:*

---

1 *vide Rubricas generales VIII 3* 2 *Postquam Sacerdos »Gloria etc.« intonavit pergit Chorus cantando: »Et in terra« etc.* 3 *v. Rit. cel. Miss. V 1* 4 *vide Rubr. gener. IX.* 5 *v. Rit. cel. Miss. VI 1*

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios** *I 5:* **Fratres expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicutestis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis. *R.* Deo gratias.

Graduale[1]*: Ps. 117* Haec dies, quam fecit Dominus: exultemus et laetemur in ea. *V.* Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in saeculum misericordia ejus. Alleluia, alleluia. *V.* Pascha nostrum immolatus est Christus.

Sequentia: Victimae paschali
Laudes immolent Christiani.
Agnus redemit oves:
Christus innocens Patri reconciliavit peccatores.
Mors et vita duello
Conflixere mirando:
Dux vitae mortuus
Regnat vivus.
Dic nobis Maria,
Quid vidisti in via?
»Sepulchrum Christi viventis
Et gloriam vidi resurgentis.
Angelicos testes,
Sudarium et vestes.
Surrexit Christus spes mea,
Praecedet vos in Galilaeam«.
Scimus Christum surrexisse a mortuis vere:
Tu nobis victor Rex miserere.
Amen. Alleluia.

His finitis, si est missa sollemnis[2]*, Diaconus deponit librum Evangeliorum super medium altaris, et Celebrans benedicit incensum ut supra (p. 6).*

1 *hic sequitur Graduale, Tractus vel Alleluia cum Versu aut Sequentia ut tempus postulat. vide Rubr. gen. X 2 sqq.* 2 *Si vero Sacerdos sine Diacono et Subdiacono celebrat, delato libro ad aliud*

Deinde Diaconus genuflexus ante altare manibus junctis dicit Munda cor meum ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaïae Prophetae calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare. Per Christum Dominum nostrum. Amen. *Postea accipit librum de altari, et rursus genuflexus petit benedictionem a Sacerdote dicens* Jube, domne, benedicere. *Sacerdos respondet* Dominus sit in corde tuo, et in labiis tuis, ut digne et competenter annunties Evangelium suum: In nomine Patris et Filii † et Spiritus sancti. Amen. *Et accepta benedictione osculatur manum Celebrantis, et cum aliis ministris, incenso et luminaribus, accedens ad locum Evangelii, stans junctis manibus, dicit*

Dominus vobiscum *R.* Et cum spiritu tuo. *Et pronuntians* ***Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum*** *c. 16 (sive »Initium« etc.) pollice dextrae manus signat † librum in principio Evangelii, quod est lecturus; deinde se ipsum in fronte † ore † et pectore †: et dum Ministri respondent* Gloria tibi, Domine *incensat ter librum, postea prosequitur Evangelium junctis manibus:* ***In illo tempore: Maria Magdalene et Maria Jacobi et Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum. Et valde mane una sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto jam sole. Et dicebant ad invicem: Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt revolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt juvenem sedentem in**

cornu altaris, inclinatus in medio, junctis manibus dicit Munda cor meum *ut supra et* Jube Domine benedicere. Dominus sit in corde meo et in labiis meis: ut digne et competenter annuntiem Evangelium suum. Amen. *Deinde conversus ad librum junctis manibus dicit* Dominus vobiscum *R.* Et cum spiritu tuo *et pronuntians* **Initium** *sive* **Sequentia sancti Evangelii** *etc. signat librum † et se in fronte † ore † et pectore †, et legit Evangelium, quo finito respondet Minister* Laus tibi Christe *et Sacerdos osculatur Evangelium dicens* Per evangelica dicta *ut supra. In Missis Defunctorum dicitur* Munda cor meum, *sed non petitur benedictio, non deferuntur luminaria nec Celebrans osculatur librum.*

dextris, coopertum stola candida, et obstupuerunt. Qui dixit illis: Nolite expavescere: Jesum quaeritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius, et Petro, quia praecedit vos in Galilaeam: ibi eum videbitis sicut dixit vobis.*
R. Laus tibi Christe.

Quo finito Subdiaconus defert librum Sacerdoti, qui osculatur Evangelium dicens Per evangelica dicta deleantur nostra delicta. *Deinde Sacerdos incensatur a Diacono.*

Deinde ad medium altaris extendens, elevans et jungens manus dicit (si dicendum est) *Credo in unum deum*[1] *et prosequitur junctis manibus. Cum dicit »Deum« caput Cruci inclinat: quod similiter facit cum dicit »Jesum Christum« et »simul adoratur«. Ad illa autem verba »Et incarnatus est« genuflectit usque dum dicatur »Et homo factus est«. In fine ad »Et vitam venturi saeculi« signat se signo Crucis a fronte ad pectus.*

[Credo in unum Deum,] Patrem omnipotentem Factorem coeli et terrae, Visibilium omnium, et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis. *Hic genuflectitur*[2]. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Et Homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in coelum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum

1 *Postquam intonavit Sacerdos prosequitur Chorus cantando.*
2 *Usque ad »et homo factus est« inclusive Ritus celebr. miss. VI 3.*

gloria judicare vivos et mortuos: Cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum et vivificantem: Qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur: Qui locutus est per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam † venturi saeculi. Amen.

Deinde osculatur altare et versus ad populum dicit V. *Dominus vobiscum* *R.* Et cum spiritu tuo. *Postea* 12 *dicit* *Oremus* *et Offertorium.*

Offertorium: Ps. 75 **Terra tremuit, et quievit, dum resurgeret in judicio Deus. Alleluia.**

Quo dicto, si est Missa sollemnis, Diaconus porrigit Celebranti patenam cum Hostia (si privata, Sacerdos ipse accipit patenam cum Hostia), quam offerens dicit Suscipe, sancte 13 Pater, omnipotens aeterne Deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerabilibus peccatis, et offensionibus et negligentiis meis, et pro omnibus circumstantibus, sed et pro omnibus fidelibus Christianis vivis atque defunctis: ut mihi et illis proficiat ad salutem in vitam aeternam. Amen.

Deinde faciens Crucem † cum eadem patena deponit Hostiam super corporale. Diaconus ministrat vinum, Subdiaconus aquam in calice (vel si privata est Missa, utrumque infundit Sacerdos) et aquam miscendam in calice benedicit[1] † *dicens* Deus, qui humanae substantiae dignitatem mirabiliter condidisti et mirabilius reformasti: da nobis per hujus aquae et vini mysterium, ejus Divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostrae fieri dignatus est particeps, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus: Per omnia saecula saeculorum. Amen. *Postea accipit Calicem*

1 *In Missis pro Defunctis dicitur praedicta Oratio, sed aqua non benedicitur.*

et offert dicens Offerimus tibi, Domine, calicem salutaris, tuam deprecantes clementiam, ut in conspectu divinae Majestatis tuae, pro nostra et totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat. Amen.

Deinde facit signum Crucis † *cum Calice et illum ponit super corporale et palla cooperit: tum junctis manibus super altare aliquantulum inclinatus dicit* In spiritu humilitatis, et in animo contrito suscipiamur a te, Domine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus. *Erectus expandit manus, easque in altum porrectas jungens, elevatis ad coelum oculis et statim demissis dicit* Veni sanctificator omnipotens aeterne Deus *benedicit oblata prosequendo* et bene†dic hoc sacrificium tuo sancto nomini praeparatum.

Postea, si sollemniter celebrat, benedicit incensum, dicens Per intercessionem beati Michaelis Archangeli stantis a dextris altaris incensi, et omnium electorum suorum, incensum istud dignetur Dominus bene†dicere et in odorem suavitatis accipere. Per Christum Dominum nostrum. Amen. *Et accepto thuribulo a Diacono incensat oblata modo in Rubricis generalibus (Rit. cel. Missam VII 10) praescripto dicens* Incensum istud a te benedictum, ascendat ad te, Domine, et descendat super nos misericordia tua. *Deinde incensat altare dicens Ps. 140:* Dirigatur, Domine, oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiae labiis meis: ut non declinet cor meum in verba malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis. *Dum reddit thuribulum Diacono, dicit* Accendat in nobis Dominus ignem sui amoris et flammam aeternae charitatis. Amen. *Postea incensatur Sacerdos a Diacono, deinde alii per ordinem.*

Interim sacerdos lavat manus dicens Ps. 25

Lavabo inter innocentes manus meas: et circumdabo altare tuum, Domine.

Ut audiam vocem laudis: et enarrem universa mirabilia tua.

Domine, dilexi decorem domus tuae, et locum habitationis gloriae tuae.

Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam, et cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei.

Pes meus stetit in directo; in ecclesiis benedicam te, Domine.

Gloria[1] Patri et Filio et Spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Deinde aliquantulum inclinatus in medio altaris, junctis manibus super eo, dicit Suscipe, sancta Trinitas, hanc ob- 17
lationem, quam tibi offerimus ob memoriam Passionis, Resurrectionis, et Ascensionis Jesu Christi Domini nostri, et in honorem beatae Mariae semper virginis, et beati Joannis Baptistae, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istorum, et omnium Sanctorum, ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercedere dignentur in coelis, quorum memoriam agimus in terris. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea osculatur altare, et versus ad populum, extendens et jungens manus voce paululum elevata dicit Orate fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem. *Minister seu circumstantes (alioquin ipsemet Sacerdos) R.* Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis (*vel* meis) ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiae suae sanctae. *Sacerdos submissa voce dicit* Amen.

Deinde manibus extensis absolute sine »Oremus« subjungit Orationes secretas. Quibus finitis, cum pervenerit ad conclusionem clara voce dicit »Per omnia saecula saeculorum« cum

---

1 *In Missis pro Defunctis et tempore Passionis (in Missis de tempore) omittitur »Gloria Patri«.*

Praefatione ut in sequentibus. Praefatio incipitur ambabus manibus positis hinc inde super altare: quas aliquantulum elevat cum dicit »Sursum corda«. Jungit eas ante pectus et caput inclinat, cum dicit »Gratias agamus Domino Deo nostro«. Deinde disjungit manus et disjunctas tenet usque ad finem Praefationis. Qua finita iterum jungit eas et inclinatus dicit »Sanctus«. Et cum dicit »Benedictus qui venit« signum Crucis sibi producit a fronte ad pectus.

Secreta: **Suscipe, quaesumus, Domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum: ut paschalibus initiata mysteriis, ad aeternitatis nobis medelam, te operante, proficiant. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus:**

Per omnia saecula saeculorum *R.* Amen.

18 *S.* *Dominus vobiscum*. *R.* Et cum ſpiritu tuo.

S. *Sursum corda*. *R.* Habemus ad Dominum.

S. *Gratias agamus Domino Deo nostro*. *R.* Dignum et juſtum eſt.

Praefatio[1]*:* ***Vere dignum et justum est, aequum et salutare, Te quidem Domine omni tempore, sed in hac potissimum die gloriosius praedicare, cum Pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destruxit et vitam resurgendo reparavit. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia coelestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes:***

Sanctus[2] Sanctus Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Pleni ſunt coeli et terra gloria tua.

---

1 *Praefationes pro temporibus variae enumerantur in Missali ante Canonem Missae.* 2 *Dum Chorus »Sanctus« usque ad prius Hosanna cantat, absolvitur pars prior Canonis Missae: post consecrationem a choro cantatur »Benedictus« sqq.*

Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

CANON MISSAE.

Sacerdos extendens et jungens manus, elevans ad coelum oculos et statim demittens, profunde inclinatus ante altare, manibus super eo positis dicit Te igitur, clementissime Pater, per Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, supplices rogamus ac petimus *osculatur altare,* uti accepta habeas, et benedicas *jungit manus, deinde signat ter super oblata,* haec † dona, haec † munera, haec † sancta sacrificia illibata. *extensis manibus prosequitur* In primis quae tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica, quam pacificare, custodire, adunare, et regere digneris toto orbe terrarum: una cum famulo tuo Papa nostro *N.* et Antistite nostro *N.* [et Rege (*vel* Imperatore) nostro *N.*[1]] et omnibus orthodoxis atque Catholicae et Apostolicae fidei cultoribus.

Commemoratio pro vivis: Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum *N.* et *N. jungit manus, orat aliquantulum pro quibus orare intendit: deinde manibus extensis prosequitur* Et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, et nota devotio: pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se, suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suae, tibique reddunt vota sua aeterno Deo vivo, et vero.

Infra actionem: Communicantes **et diem sacratissimum celebrantes Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi secundum carnem, sed** et memoriam venerantes, in primis gloriosae semper Virginis Mariae, genitricis **ejusdem** Dei et Domini nostri Jesu Christi, sed et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum Petri et Pauli, Andreae, Jacobi, Joannis, Thomae, Jacobi, Philippi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis

1 *Hodie in sola Austria additur.*

et Thadaei: Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosmae et Damiani, et omnium Sanctorum tuorum, quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuae muniamur auxilio. *jungit manus* Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

22 *Tenens manus expansas super Oblata dicit* Hanc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae tuae, **quam tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua et Spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum,** quaesumus, Domine, ut placatus accipias: diesque nostros in tua pace disponas; atque ab aeterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum jubeas grege numerari. *jungit manus* Per Christum Dominum nostrum. Amen.

23 Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quaesumus *signat ter super Oblata,* bene†dictam, adscri†ptam, ra†tam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris *signat semel super Hostiam et semel super Calicem:* ut nobis Cor†pus, et San†guis fiat dilectissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi.

24 Qui pridie quam pateretur *accipit Hostiam* accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas *elevat oculos ad coelum:* et elevatis oculis in coelum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens *signat super Hostiam,* bene†dixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, et manducate ex hoc omnes. *Tenens ambabus manibus Hostiam inter indices et pollices profert verba consecrationis secrete, distincte, et attente* HOC EST ENIM CORPUS MEUM. *Prolatis verbis consecrationis, statim Hostiam consecratam genuflexus adorat: surgit, ostendit populo, reponit super corporale, iterum adorat: et non disjungit pollices et indices, nisi quando Hostia tractanda est, usque ad ablutionem digitorum.*

Tunc detecto Calice dicit Simili modo postquam coenatum est *ambabus manibus accipit Calicem,* accipiens et hunc praeclarum Calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agens *sinistra tenens Calicem, dextera signat super eum,* bene†dixit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite et bibite ex eo omnes. *Profert verba consecrationis secrete super*

Calicem, tenens illum parum elevatum HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI ET AETERNI TESTAMENTI: MYSTERIUM FIDEI: QUI PRO VOBIS, ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. *Prolatis verbis Consecrationis, deponit Calicem super corporale et dicens secrete* Haec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis *genuflexus adorat, surgit, ostendit populo, deponit, cooperit, et iterum adorat.*

Deinde disjunctis manibus dicit Unde et memores, Domine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta ejusdem Christi Filii tui Domini nostri, tam beatae Passionis, nec non et ab inferis Resurrectionis, sed et in coelos gloriosae Ascensionis, offerimus praeclarae Majestati tuae, de tuis donis ac datis *jungit manus et signat ter super Hostiam et Calicem simul,* Hostiam † puram, Hostiam † sanctam, Hostiam † immaculatam *signat semel super Hostiam et semel super Calicem,* Panem † sanctum vitae aeternae, et Calicem † salutis perpetuae.

Extensis manibus prosequitur Supra quae propitio ac sereno vultu respicere digneris, et accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui justi Abel, et sacrificium patriarchae nostri Abrahae, et quod tibi obtulit summus Sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

Profunde inclinatus, junctis manibus, et super altare positis, dicit Supplices te rogamus, omnipotens Deus, jube haec perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu divinae Majestatis tuae: ut quotquot *osculatur altare* ex hac altaris participatione sacrosanctum Filii tui *jungit manus, et signat semel super Hostiam, et semel super Calicem* Cor†pus et San†guinem sumpserimus *se ipsum † signat,* omni benedictione coelesti et gratia repleamur. *jungit manus* Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Commemoratio pro defunctis: Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum *N.* et *N.*, qui nos praecesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis. *jungit manus, orat aliquantulum pro iis defunctis, pro quibus orare intendit, deinde extensis manibus prosequitur* Ipsis, Domine, et

omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis et pacis, ut indulgeas deprecamur *jungit manus et caput inclinat.* Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Manu dextera percutit sibi pectus, elata parum voce dicens

29 Nobis quoque peccatoribus, famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam et societatem donare digneris, cum tuis sanctis Apostolis et Martyribus: cum Joanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Caecilia, Anastasia, et omnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consortium, non aestimator meriti sed veniae, quaesumus, largitor admitte. *jungit manus* Per Christum Dominum nostrum.

30 Per quem haec omnia, Domine, semper bona creas *signat ter super Hostiam et Calicem simul, dicens* sancti†ficas, vivi†ficas, bene†dicis, et praestas nobis *discooperit Calicem, genuflectit, accipit Sacramentum dextera, tenens sinistra Calicem, signat cum Hostia ter a labio ad labium Calicis dicens:* Per † ipsum, et cum † ipso, et in † ipso, *bis signat inter Calicem et pectus* est tibi Deo Patri † omnipotenti, in unitate Spiritus † sancti *elevans parum Calicem cum Hostia dicit* omnis honor et gloria.

Reponit Hostiam, cooperit Calicem, genuflectit, surgit et dicit cantando vel legendo *Per omnia saecula saeculorum*

31 *R.* Amen. *S. jungit manus* *Oremus. Praeceptis salutaribus moniti et divina institutione formati audemus dicere* *extendit manus:*

Pater noster qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, sicut in coelo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem

R. Sed libera nos a malo. *Sacerdos secrete dicit* Amen.

Deinde accipit Patenam inter indicem et medium digitos et dicit Libera nos, quaesumus, Domine, ab omnibus malis 32
praeteritis, praesentibus et futuris, et intercedente beata et gloriosa semper Virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque Andrea, et omnibus Sanctis *signat se † cum Patena a fronte ad pectus et eam osculatur,* da propitius pacem in diebus nostris: ut ope misericordiae tuae adjuti, et a peccato simus semper liberi, et ab omni perturbatione securi. *submittit Patenam Hostiae, discooperit Calicem, genuflectit, surgit, accipit Hostiam, frangit eam super Calicem per medium, dicens* Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. *Partem, quae in dextera est, ponit super patenam; deinde ex parte quae in sinistra remansit frangit particulam dicens* qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus. *Aliam mediam partem cum ipsa sinistra ponit super patenam, et dextera tenens particulam super Calicem, sinistra Calicem, dicit* *Per omnia saecula saeculorum*. *R.* Amen. *Cum ipsa particula signat ter super Calicem, dicens* *Pax † Domini sit † semper vobis†cum*. *R.* Et cum ſpiritu tuo. *Particulam ipsam immittit in Calicem, dicens secrete* Haec commixtio et consecratio Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi fiat accipientibus nobis in vitam aeternam. Amen.

Cooperit Calicem, genuflectit, surgit, et inclinatus Sacramento, junctis manibus et ter pectus percutiens dicit

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis [1]. 33
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

Deinde junctis manibus super altare, inclinatus dicit sequentes Orationes:

Domine Jesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem 34
relinquo vobis, pacem meam do vobis, ne respicias peccata

1 *In Missis pro Defunctis non dicitur* miſerere nobis *sed ejus loco* dona eis requiem *et in tertio additur* ſempiternam.

mea, sed fidem Ecclesiae tuae, eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris: Qui vivis et regnas Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen. *(Si danda est pax*[1]*) osculatur altare, et dans pacem dicit* Pax tecum *R.* Et cum spiritu tuo.

